

AMPLISSIMO SE- NATORVM ORDINI CIVI-

tatis Noricæ, Dominis prudentissi-
mis, Ioannes Schonerus Caro-
lostadius S. P. D.



INTER egregia magnarum Urbium
ornamenta P. C. non postremam lau-
dem merentur præclara illa monumen-
ta, quæ à magnis & doctis Viris, ad com-
munẽ uitæ utilitatẽ ædita sunt: quibus
doctrinã rerum pulcherrimarũ & optimarũ, tanq̃ publi-
cũ patrimonium memoriae ac studio posteritatis cõmenda-
rũt. Neq̃ uero clarius est Syracusarũ nomẽ p̃pter multa
excellencia ornãmẽta Urbis, signa tabulasq̃, quibus abun-
dabant Syracusæ, quàm unius Archimedis Mathematici
clarissimi præstantissimis operibus, ad omnem poste-
ritatem duraturis. Sic meo quidem iudicio, non magis
gloriosum uobis est, P. C. quòd Rempublicam pulcher-
rimis ac iustissimis legibus optime constitutam, & publi-
corum ædificiorum, opumq̃ magnitudine ac splendore
egregie instructam, atq̃ exornatã habetis: quàm quòd
præclarissimam Philosophiæ, & optimarum artium pos-
sessionem, iam multis annis in hac uestra Vrbe, quasi
hæreditariam publica liberalitate retinetis & conserua-
tis. Cum enim nullum præstantius bonum hominibus
à Deo concessum sit, quàm *νοῦς* & doctrinæ & inquisi-
tio ueritatis: Præclare merentur de uniuerso genere mor-
taliũ, quicunq̃ ad honestarum disciplinarum conser-
uationem